



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XLVII. Sacrarum virginum cœtus, leges, gubernatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

adstat solutis criminibus vxor, non parui pupillaris incommodi, que nec dum contingere, mala descentes, non familia exspirantem importunis precibus pulsans, vt se cuiquam tuto commendet: sed his impedimentis omnibus exutus animus, vnum inspicit solum, quo pacto maiore cum gratia extremum Deo spiritum fundat. Sed & si contigerit morbus, non ex gula prodiit vitio, non ex vinolentia, sed ipsa quoque morborum occasiones plene sunt laudibus, non criminibus vllis obnoxia. Autem ex vigilis iugibus, aut ex continuato ieiunio aut ex aliquibus huiusmodi infirmitas nascitur: quocirca etiam facile liberantur. Satis enim illis est ad euadenda languoris incommoda, si vel modice de pristino rigore relaxent.

CAPVT XLVII.

Sacrarum virginum cœtus, leges, gubernatio.

Honorata, sed rara gentium virginitas.

§. 1. **V**irginum semper magna fuit in Republica maiestas, atque inter Ethnicos quoque locus honoratus. Nam & Romæ Vestalium erat pene senatoria dignitas, & apud Græcos quoque in precio virginitas fuit, rara tamen, ideoque cara dignitas. Sed flores illi, quos vix singulos integra regna Gentilium conspexere, totos Ecclesiæ campos, præsertim de sanguine Dominico recens irrigua noualia occuparunt; postquam enim Paulus quasi sementem faciens, hæc verba spatit, 1. Corinthior. 7. Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam vri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

In Ecclesia multa virgines.

Gloria Ecclesiæ virginum multitudo.

Quid effecerit, Corinthus impudicitie famosa cultrix ostendit; nam mox virgines velare cœperunt, & Tert. de Virg. vel. cap. 2. Et Corinthii, inquit, hodie virgines suas velant. Eodem tempore collegium virginum erat Philippis, quod Ignatius salut. Igna. epist. 8. Et epist. 10. ad Smyrnenles: Saluto & eas, quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas, Et Epist. 12. monet Heronem, vt virgines seruet, tanquam preciosa Christi monilia. De his Clemens, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus. Iustinus martyr de his magnifice apud Antoninum gloriatur. Per multi profecto sexus vtriusque & sexaginta, & septuaginta nati annos, qui à pueris disciplinam Christi sunt testati, incorrupti & cœlibes perdurant; & gloriari me per omne genus hominum nostrorum tales monstrare posse. Sanctus Cyprianus de habitu Virginum, testatur earum ingentem fuisse numerum, in Ecclesia sub persecutorum gladiis viuente. Iam refertus est orbis, impletus est mundus eorum, qui capere continentiam possunt, more spadonum viuentes, castrati ad regnum Dei. Cecinit & Virginitatis præconia Naumachius poeta.

Καλὸν μὲν δέμας ἀγνὸν ἔχειν, ἀδμήτ' αὖτ' ἐμύκειν
Παρ' ἑνικήν, καθ' αἰοσίτ' αἰεὶ μελεδήμασι χάρεν
Μῆτε βαρυλήτων λαγόνων πρὸς Φόρον ἄγουςαν
Μῆτε πόνον τρομέσσειν ἀράζονον εἰλεΐσθης.
Ἀλλ' ἴδ' αἰ βασιλεῖαν ἀφ' αὐρῶν ἱηλυτ' ἐράων
Ψυχῆς ὅμμα φαεινὸν ὑπὲρ βίβ' ἰοχέουσι,
Εὐπαινοῦμαι κενὸν καὶ ἀληθές, ἐν θαμνίσσῃ
Δεσπασίσις ἐπέεσσιν ὑψέματι Φαθα τίκται.

Præclarum sane est castum habere corpus, & manere inuiolatam, virgineam, puris vero semper hymnis gaudere, nec graue circa renes onus ferentem. Neque Lucinæ laborem gemitumque tremere; Verum sedere reginam imbecillum mulierum, ani-

mæ lucidum oculum in vita fundentem. Ibi splendida nuptia, & verè, ibi mixta diuinis eloquiis, lucidas intelligentias generat.

Sed virtutem laudare, facile est, eam inferere, sepire, augere, defendere, difficile, præsertim virtutem mulierum, quæ fragiles sunt, & mutabiles, virtutem præcipue castitatis, quæ internum habet inimicum, & fortem, blanditiis pollentem; de virginum itaque monasteriis, vitæque agendum.

§. 2. Quædam monasteria virginum sunt, quæ castitatem vouerunt, alia vero libera sunt, quæ nescio, an extra Germaniam inueniri possint, in liberis tamen Abbatissa est astricta votis. Non ignoro illos virginum cœtus à multis improbari, sed mores aliquarum illi non institutum reprehendunt. Nam mihi vtile plane videtur locum esse, in quo honeste, tutoque virgines educuntur ad pietatem, laboresque sexui necessarios, & conuenientes, quæ deinde cognitæ vitæ religiosæ exercitiis, vel eam amplectantur, vel nuptui tradantur. Vt sit quasi seminarium virginum & matronarum; modo adsint ea, quæ vitæ communis honestas requirit, vitentur corruptelæ, & quidquid bonæ famæ obflare poreft.

Libera monasteria virginum.

§. 3. De monasteriis vero virginum professarum, seu voto obligatarum nos agemus. Ea vero duplicia sunt, quædam enim virgines manuum solo labore viuunt; quædam redditus suos habent. Omnium maxime illa proba, quorum mediocris est proventus annuus, vt temporis pro sacris precibus, & lectionibus sit satis, & pars sustentationis ex prouentu, labore vero manuum cætera acquirantur.

Mediocris labor virginum conuenit.

Labores varii esse possunt, omnia quæ ad rem vestitiariam, quæ vtuntur, pertinent, deinde texere, acupingere, nere, hortum colere. Cum enim studia, multiplicesque lectiones mulieribus haudquam conueniant, nec perpetua oratio, aut psalmodia vsurpari queat, interpolanda sunt illa non ocio, sed labore, qui talis sit, vt spiritum exciter, corpus salubriter exerceat, non opprimat, quæ de re Episcopus dum visitat sollicite inquirat. Verum quicquid de integritate, disciplina, conseruatione monasteriorum, in quibus virgines degunt, statui potest, id agente sanctissimo, & prudentissimo Archiepiscopo Mediolanensi, Carolo Borromæo, per Concilium primum, & Concilium quartum Mediolanens. constitutum est. Quæ capita inde sumere placuit, tum vt apud Episcopos, Prælatos, ipsosque virginum cœtus, tanti præfuls, & synodorum auctoritatem habeant, tum vero vt aduersarii videant, quæ vita sit sacrarum virginum, & quæ cura salutis, desinantque vitam sanctissimam, quam imitari nolunt, infamare. Hoc simul affirmo, in his constitutionibus, Apostolicæ doctrinæ, sacrorum canonum, eorumque, quæ de cura virginum patres tradiderunt, compendium contineri.

Carolus Borromæus sanctæ de virginibus statuit.

In prima igitur synodo hæc statuuntur, vt in monasteriis regularium mulierum, quæ in religionem DEO se dicarunt, & integra conseruetur vetus disciplina, & si fortasse vsquam deprauata est, restituantur; ad eamque sese ipsæ conformantes, in rerum diuinarum contemplatione liberius conquiescant: nos hæc pie recteque viuendi formulas, partim Concilii Tridentini decretis traditis, partim pro ratione horum temporum ad prouincias nostras vtilitatem constitutas, ab omnibus in hac prouincia monialibus, etiam quæ Regularium cura commissæ, vel alia quauis ratione Episcoporum iurisdictioni subiectæ non sunt, ex facultate à summo Pontifice Pio IV. nobis data, seruari omnino iubemus.

De Mo-

EX Tridentini Concilii iussu, vnicuique monasterio eum Superior monialium numerum constituat, qui pro modo, & facultate loci, & consuetis elemosynis sustentari commodè possit, idque intra annum facere studeat; neque eum numerum, nisi facta monasterio, annua, qua satis sit, fructuum acceptione, augeri villo modo liceat. Monasteria in quibus duodecim non sunt, qua professæ velo vtantur, quaque eum numerum propriis fructibus, aut consuetis elemosynis alere non possunt, transferre, & cum aliis monasteriis eiusdem, aut alterius ordinis vnire studeat Episcopus diligenter; vocatis ad id Superioribus regularibus, si modo res agatur eius monasterii, cuius cura ad illos pertineat.

Si vero eiusmodi vnio minime expedire videatur, eum numerum monialium tempore interire, & ad nihilum redigifinatur, adempta omnino illis monialibus facultate recipiendi nouitias.

Earum autem monialium monasteria, & monasteriorum fructus iam nunc aliis monasteriis, aut locis, quibus ex legibus eius ordinis deberi videbuntur, attribuantur.

DE PRÆFECTIS ET ALIIS MINISTRIS monialium.

EPiscopi ad duos menses, posteaquam hæc constitutiones in lucem editæ erunt, Abbatissas ad quascunq; præfectas, quas suum præfecturæ officium perpetuum esse profitentur, edicto etiam, si ita iudicauerint, moneant, proposita priuationis pena, quam ipso facto subeant, vt illa iura sibi à sede Apostolica concessa, ad alterum mensem ipsis, aut earum vicariis, ac simul illarum Superioribus, si Regularium cura commissæ sunt, exhibeant; vt an recte se habeant, cognosci, & de eis, si opus erit, ad summum Pontificem referri possit. Quod si eo præscripto tempore non exhibuerint, eo dignitatis gradu illas priuas Episcopus declarer, detq; earum Superior, vt alia in earum locum rite sufficiantur.

Nulla monialis ambiat, aut villo quouis modo, siue directe, siue indirecte per se, aut per aliam, honores officiaue aut cuiusvis generis sui monasterii quærat, hæc constituta pena, vt & ipsa, & quæ sibi in ea re fauerint, in Capitulo per tres sextas feriatis ad pedes singularum monialium terram deosculantes, suam accubent ambitionem, ipsaq; præterea si id officium consequuta erit, eo, ceterisq; muneribus priuetur, Superioris arbitratu. Singula propria voluntate deposita, & ad obtemperandum parata, ibiq; Dei gloriam, & communem monasterii vtilitatem tantummodo proponentes, ad honores & officia eas eliget, quas omni remoto humanitatis affectu, Spiritus sancti impulsu, ad id minus magis idoneas esse iudicauerint.

Præfecta, quocunq; nomine appelletur, ex Trident. Concil. decreto nemini quadragesima annis eligatur; quæ in vna honestate vixerit octo annis, postquam professæ est. Quod, si in eodem monasterio non eiusmodi reperitur, ex alio eiusdem ordinis deligi possit. Sin autem Superiori, qui electioni præest, hoc etiam incommodum esse videatur, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur ex iis, quæ in eodem monasterio triginta annis maiores natu sint, quæve annis saltem quinq; post professionem recte vixerit. In reliquis constitutiones singulorum ordinum monasteriorum seruentur.

Huiusmodi præfecta, & eius vicaria, Discreta etiam, quæ alio nomine matres consilii vocatur, vbi ea à Capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragiis coram Superiore, aut eius ministro eligantur, qui extra monasterium ad cancellos, siue clatros stet, ex decreto Tridentini Concilii.

Nequaquam autem ad hæc officia deligi possint, nisi præfecta duas ex tribus partibus calculorum tulerit, vel suffragiis, vel successu. Vicaria vero, & Discreta pluribus dimidia parte creantur suffragiis.

In quibus monasteriis plures germanæ sorores sunt, si earum vna monasterio præficitur, reliquæ sorores, neq; Vicaria, neq; Discreta, neq; ianitrices fieri, neq; scriba, aut cellaria officio fungi possunt.

Aliis decretis, quæ superioribus Conciliis de monialibus constitutimus, hæc, quæ, infra præscripta sunt, adiungenda stantim.

Monasterium ianuas, per quas ad illius septa aditus pateat, duas habeat, & alias præterea nullas. Quarum duarum ianuarum, vna iumentis, curribus, vehiculisq; agendus, altera aliis vsibus, & commodis necessariis inserviat. Quo autem in monasterio vna tantum ad omnem tum actum, tum vsum, satis esse videbitur, in eo illa dumtaxat vna sit.

Ianua vtraq; è duplici assere, eoq; firmo constet, ac sine vlla item sit, ne minima quidem, rimula. Limen è marmore solidore lapide habeat, quod stricim ipsi porta coherescat.

Ianua curuum, iumentorumve, altera ex asscribus firmis, ad cancelli speciem confecta, in monasterio ipso adiungatur, quæ à prima ianua paululum distet, formaque sit in fabrica Ecclesiastica instructionibus demonstrata.

Ad ianuam alteram, aliis vsibus accommodatam, cui rota, quem turnum vocant, adiungatur, moniales duæ semper assistant, quæ ianitrices constituentur.

Singule hæc tres ianua clauibus duabus, fabrilis opere inter se diuersis, claudantur, quarum vnam, etiam die, monasterii præfecta, alteram monialis, quæ professione anterior est, apud se perpetuo habeat.

Rota omnes amoueantur, atque obstruantur, ac in posterum vetita perpetuo sint, præter illam, ianua communi adiunctam, & alteram in loco, quem parlatoriū vocant, extructam, & tertiam, quæ est in cellula confessionum, & quartam in Ecclesia ad sacras vestes, & ornamenta Missæ sacro necessaria è monasterio exponenda accommodatam.

Cibus vero in omni monasterii hospitio, etiam confessarii, è rota communi exponatur.

Singulis rotis à parte anteriori monasterii vnus firmiter impactus sit, ne pro libito verti extrinsecus queant.

Si verò loca, vt dicunt, parlatoria complura erunt, in vno tantum, aut in altero ad summum, Superiorum iudicio rota sit.

Rota, quæ in Ecclesiam spectat, valua lignea bine apponatur, altera interiores, quarum clauis à præfecta teneatur, altera exteriores, quarum clauis apud capellanum sit, aliumve, qui superiori videbitur.

Rotarum altitudo ne maior sit cubito, & vncius octo; latitudo autem cubitalis.

Rota confessionum minor ab omni parte sit dimidia præscripta quantitate.

Nulla fenestra, præter illas, primo Concilio Prouinciali nominatim præscriptas, è monasterio in Ecclesiam, sacristiamve exteriorem spectet, ac ne rimam quidem, ne dum foramen vllum in ea extet, vnde aspectus, aut colloctio fieri possit.

Fenestra, quæ sanctissime Eucharistia eleuatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & vncius duodecim, late vero, vt altaris latitudo est.

Quæ fenestra clathra ferrea duo palmi spatium inter se distantia, firmiter confingantur.

Virgæ autem ferreæ, quibus clathra compacta sunt, singula inter se distent non amplius vncius tribus.

Sint autem inter se insertæ, ita vt loco suo demoneri non queant.

Claudantur autem fenestra ab interiori parte firmis valuis, seræ & clauis quæ apud præfectam asservietur.

Vbi autem illa è latere altaris, ecclesiæ, aut alio loco, etiam superiori est, vnde moniales eos, qui in Ecclesia exteriore sunt, spectare possunt, efficiat Episcopus quamprimum, vt super altare, vnde Missæ sacrificium moniales inuentur, ad instructionem præscriptum extruatur, laterali illa, aliave, quacunque sit, penitus obstruatur.

Fenestella, ad Ecclesiam versus spectans, per quam moniales sacram Eucharistiam sumunt, ita alte, apteq; struatur, vt sacerdos illam ministrando comode stet, non genua flectat. Cui fenestella extrinsecus valula lignea præter illas, quæ modo sunt,

Ianua monasterii.

sunt, apponantur, qua parietem aquent, earumque clavis, apud confessorium sit perpetuo.

Sacrosanctum sacramentum ne alibi quam in altari maiori asseruetur, cui lampas in Ecclesia interiori, semper prae luceat, & in exteriori, cum illius fores patebunt.

Reliquia sacra in fenestella recondantur, qua ad instructionem nostrarum prescriptum, in pariete ecclesiae interioris exedificata, ab ea tantum parte, qua ad exteriorem Ecclesiam spectat, aperiri possit. Claudatur autem haec fenestella tribus clavis, diuerso opere confectis, quarum una apud Episcopum, altera apud confessorium, tertia apud monasterij praefectam sit.

Fenestella confessionum alte vncias sexdecim, late duodecim, nec vero amplius pateat; septa autem sit firmis clavis ferreis ad forma prescripta rationem, & lamina item ferrea bene solida pariete firmissime agglutinata, & foraminum, instar ciceris tenuium pleno, panno lineo nigro obducta: qui pannus ligneis tabellis sic affigatur, vt non facile amoueatur.

Loca collocutionum interna, parlatoria vulgo vocata, qua in posterum fient, vna, eademque spacijs circumscriptione, nullo interiecto pariete contineantur, & ad forma, qua iam pleraque exedificata sunt, modum accommodentur, vbi id non magno incommodo fieri poterit, vt ab eisdem auscultatricibus omnes possint collocutiones exaudiri.

Ne fenestra lamina ferrea, vt primo Concilio provinciali cautum est, vnquam aperiatur, nisi per raro, & ob causam, quam vrgentem Episcopus iudicauit.

Ne in locis ad hospitij vsum extructis, qua foresterie nominantur, vbi interdum ob vrgentem necessitatem, aut ciuibz capitur, aut dormitur, fenestra vlla, ne exigua quidem, insint, qua in monasterium spectent.

Tecta hospitij, & aliarum cuiusvis generis domorum à monasterij tectis, vt separata penitus, ac valde disiuncta sint, curetur omnino.

Quibus monasterijs de vicinorum praesertim religiosorum prospectu tollendo ita cauere non potest, sicut Concilio provinciali primo iussu est; eorum fenestrae, si lumen excipere aliunde licet, obstruantur, sin minus, ab illa seruitute defendatur operis structura, in instructionibus nostris demonstrata, qua in porticibus item, quas logias dicunt, ab eadem seruitute tuendis, adhibeatur.

Horti, qui in monasterijs monialium ample nimis patent, quotidianaque hominum opera, atque cultura opus habent, vbi fieri potest, in angustiores fines concludantur.

Ne fenestra, in vilo cuiusvis ordinis monialium monasterio etiam regularium iuri, curene subiecto, neque ostium vllum, aliudue id generis foramen, vnde aliqui extra monasterij claustra prospectus sit, pateat, aperiaturue sine Episcopi, cui monasteriorum omnium clausura commendata est, concessu. Nec vero id ille permittat, concedatur, nisi vbi locum diligenter inspexerit, & ita fieri necessarium censuerit. Tuncque ad impediendum, arcendumue eum prospectum illa ipsa cautio, supra mox prescripta, adhibeatur.

Ministris, quibus ob necessariam causam monialium septa ingrediendi facultas aliquando datur, ille solum moniales, quas praefecta delegerit, imperent; aliae vero praeterea nulla quicquam illis vel inbeant, vel alloquantur.

Moniales cum eo in loco, vbi ab alijs, qui foris sunt, etiam à concionatore, aut à superiore videri possunt, sermoni, concionue intersunt, omnes sint facie operata, & coniecta velo, vsque ad os deducto.

Idem praesent, qua cuius, etiam medico, aut superiori monasterij septa ingredienti, obuiam prodeunt, vel illum excipiunt, deducuntue.

Proibentur ab Episcopo medici aliquot, quos concessu etiam monasterij superiori, intra illius septa adhiberi liceat, si quando praeter medicum ordinarium alios etiam morbi grauitas requirit.

In vnoquoque monasterio Episcopi, furnorum, in quibus panis coquatur, vsum introducant, vt pistoriibus eorumque ministris ingressus in monasterium prohibeatur omnino.

Nec vero vir quisquam ad furnum purgandum, inflammandumue, aut ad aliud quicquam faciendum, quod à monialibus fieri, agere potest, introducatur.

Quod in Concilio provinciali primo, de facultate scripta ad monialium monasteria accedendi sancitum est; id tum mares, tum feminas, quocunque etiam gradu, dignitate, genereue illustres, inuiolate seruare decernimus, etiam si pater, mater, fratres, sorores sint monialis, quam visitatum veniunt. Idque omnino vbique praestari cura Episcopi sit.

Causa necessaria, ob quas intra septa monasterij ingredi licet, in hac provinciali synodo, ex primi Concilii decreto, vel explicata, vel tanquam nullo modo necessaria reiecta, in extrema huius Concilii parte edita, atque impressa in singulis monialium monasterijs, etiam regularium cura subiectis, edicantur, & enuntientur; nec vero ab iis vilo modo, vllaue ratione, ac praetextu discedi liceat.

Fructuum, florumue vasa in monasterijs ne vilo modo teneantur, eos vel fructus, vel flores vendendi causa.

Offulas, & alia huius generis non modo donandi, vt primo Concilio vetitum est, sed etiam vendendi causa, à moniali, aut monasterio confici ne liceat.

Abstineat monialis à muneribus dandis.

Elemosynam vero per rotam, portamue monasterij dari vetitum sit omnino, quoniam inde non leuia pericula, vel damna potius extare compertissimum est: sed quibus monasterijs pro ratione facultatum elemosynam dare permittum erit ab Episcopo alione superiore, ab illis detur pecunia, frumentumue, aut aliud eiusmodi pijs aliquibus viris, praesertim vero locorum piorum curatoribus, qui pauperibus distribuunt alio loco, quam apud monasteria.

Medicamenta, si qua Episcopus, aut alius superior vendit, aut foras dari permiserit, ab aromataria seniori solum dentur, & ab alia praeterea nulla; nec vero priuato, sed monasterij nomine, vendantur, denturue.

Moniali ne liceat iis, qui extra claustra sunt, vel medicamenta parare, praeberue, vel manum medendi causa ad mouere, vel remedia exponere, vel aliud quicquam ad rem medicam pertinens exercere.

Caminus si quis in priuatis cellis extructus est, perpetuo ita obstruatur, vt in eo ignis accendi nullo modo queat.

Cum vel fenestra, vel ostium, vel caminus obstruitur, illius cardines sic euellantur, vt non ad tempus, sed ad perpetuitatem id actum sit.

Idem in fenestris, ostijs & caminis iam obstructis, seruatur.

Communis ille curationis egrotantium locus, quem infirmariam vocant, vbi adhuc exedificatus extructusue non est, quam citissime potest, constituatur, extruatur, adificeturue. Extra cuius loci fines monialis egrotans ne cubet, at valetudinem recuperata illic ne diutius moretur deliciarum causa.

Antiquus, & probatus communium dormitionis locorum vsum, vbi fieri commode potest, restituatur, & ad pristinam consuetudinem renouetur.

Intra monasterij septa nemini alii, nisi monialibus sepultura locus detur, situe.

Nec vero monialium cadauera extra septa efferantur ad sepeliendum.

Neminem cuiusvis status, vel conditionis hominem, neque laicum, neque Ecclesiasticum in vilo quouis monasterio monialium hospitij illis, quas foresterias dicant, excipi, aut ad ea siue in vrbe, siue in diocesi diuersari liceat, excepto confessorio sacerdote, cui aliquando ob vrgentem necessitatem id conceditur.

In diocesi vero, monasterij etiam visitatori, & curatoribus, procuratoribusue, vbi interdum hoc ipsum concedendum necessario, Episcopus censuerit.

Quod de cantu figurato, & musico quouis instrumento, & musicis item die festo Ecclesia monialium, in exteriori Ecclesia non adhibendis, Concilio provinciali primo sancitum per nos est; id etiam omni alio die, & tempore illis vetitum esse decernimus.

Nec vero quicquam aliud praeter Missam in exteriori illarum Eccle-

rum ecclesia ab aliis canatur; cum vesperarum, & reliquarum canonicarum horarum officia ab ipsis monialibus canantur.

In vnoquoque monasterio, ubi neque locus communis vestium, neque alter est item, in quo operibus elaborandis moniales exercentur, uterque, quamprimum fieri potest, constituitur, construatque.

Ne monialis, tantrixibus exceptis, alibi, quam loco operibus elaborandis constituto, acu pingat, aliudue quicquam manibus elaboret.

Laborum, operumue magistra librum certum habeat, in quo quicquid ex iis laboribus lucri, emolumentive capitur, enucleate ita præscribat, ut cerni facile queat, si quid in ea re desideretur.

In operibus vel accipiendis, vel restituendis nulla alia monialis se ingerat, nisi laborum magistra: cui secum aliquando, cum necesse erit, aliquam monialem, operis alicuius conficiendi vsu peritiorem, adhibere liceat.

Illud porro, quo ad eius fieri potest, cauendum erit, ut in monasterio ne sint multiplicia, diuersaque genera opera manuum, seu laboraria.

Hoc loco laborum communi, non solum ad Concilij primi præscriptum, lectio de vita spirituali adhibeatur, verum etiam ab omni otioso verbo absteineatur.

In loco vestiario indumentis cuiusvis generis, vestesque omnes asseruentur. Nec in cellulis, aliove loco priuatim, reponatur quicquam, custodiaturque quod eo ipso tempore necessarium non sit.

Monialis nummos, ne modicos quidem, apud se quouis nomine ne habeat, neque de præfecta etiam consensu, nisi officij, quod gerit, ratio aliter postulat.

Alioquin ut proprietatis rea puniatur. Quam panam, & præfecta, quæ id vilo modo, viloque prætextu permisit, & monialis item subeat, quæ rescierit, nec præfecta bidui spatio, aut, si hac in culpa sit, superiori quam primum potuerit, non denuntiari.

Curetur omnino, ut exquisita illa, ac religiosa communis vite ratio, atque vsus in monasterio studiose introducatur; utque spiritualis vite sanctæque institutionis disciplinam, ac studia moniales sectentur diligenter.

Singulis annis, ut primo Concilio iussu est, impensarum, quæ in victum, aliumque monasterij vsu erogata sunt, rationes per eos, quorum interest, à præfecta repetantur. Quantum vero, & tritici, & vini, & obsonij, & aliarum rerum ad annuæ illarum victus sustentationem unicuique monasterio satis esse Episcopus existimavit, id ipse accurate præscribat. In ea autem præscripta dispensatione, administratione, si præfecta neglegentem se præstiterit ab officij sui munere suspendatur.

Aes alienum, quod quinquaginta nummorum aureorum summam excedat, ne in vilo monasterio contrahatur, sine suorum curatorum permisso, concessuque, qui in magni momenti rebus Episcopum consulant.

Ne secularibus negotiis moniales se implicent; neque simul multis fraudibus ac detrimentis occurratur, hoc sedulo Episcopus curet, ut illorum prædia locentur, idque sub hasta auctione facta; nisi aliter quandoque expedire censuerit.

Ad tuendam etiam clausuram ea cautio adhibeatur, ut neque triticum, neque alia fruges, neque annonæ in vllis monasteriis, præterquam monasterij vsu, & necessitatibus asseruentur.

Monasterij vniuscuiusque curatoribus, procuratoribus, patronis, defensoribus ab Episcopo certa regule præscribantur: ex quibus cognoscant singulas muneris sui partes. Ii vero curatores & id generis ministri ab Episcopo singulis monasteriis, cura sua subiectis, illos non habentibus, constituantur: ita tamen, ut eiusdem Episcopi arbitratu à muneris illius cura omnes, & singuli semper amoueri queant.

Bonarum, & iurium omnium, ad monasterium quodcumque, etiam regularibus subiectum, pertinentium, inuentarium, probabili forma conscriptum, sex mensium spatio, ad archiepiscopale ab iis, quorum interest, deferatur, ne fraud vilo modo fiat, numero monialium ab Episcopo præfinito.

Quamobrem si quas etiam alienationes eorum bonorum, iuriumque fieri deinceps contigerit, de iis Episcopus certior fiat.

Cum puella monasterium ingredi postulat, ut locum, ubi profiteri cogit, illa inspiciat; primo studiose, diligenterque cognoscatur, an vere id illius propositum sit, anque illud curiositate tentet; nec propterea per monasteria plura vagari permittatur.

Puella cum ad cetera, tum ad professionem recipiantur monialium suffragiis occulte laris. Idque ipsum e: Concilij provincialis primi decreto, quod auctoritate literarum Pij V. Pont. in monasteriis etiam eorundem regularium iur subiectis, locum habet in monasteriis etiam regularium iuri, utraq; subiectis, plane seruetur.

Vbi religiosus iste, & vetus moniales solemniter velundam his temporibus antiquatus est, ad pristinum vsu, ex veteri instituto, & ritu reuocetur, dummodo intra monasterium id fiat.

Ne moniali cuiusvis ordinis albas, & vestes, aliaue indumenta, misse sacrificij vsui dicata, induere liceat.

Confessarii, & capellani, item sacerdotes monialium, & ministri præterea, quos illarum cura Episcopus præfecerit, quicumque sint, ne munus vllum, ne minimum quidem, nec vero esculenta, poculentæ ab illis vilo nomine, neque publico, neque priuato capiant, accipiantque, pena proposita eiusdem Episcopi arbitratu irroganda.

Neque præterea quicquam capiant dono, ea specie, prætextuque datum, quod res eiusmodi sint, quæ Ecclesiastico vsui inseruiant, qualia sunt corporalia, purificatoria, indumenta clericalia, sacra imagines, & alia id generis.

Nec vero item aliud manuum opere elaboratum, artificiosè confectum, ab illis accipiant, ac ne laborem quidem, opusque, quod in vestibus vel purgandis, vel faciendis, vel reficiendis ponitur.

Caveant item capellani sacerdotes, ne ab vlla moniali priuatim, sed à monasterij præfecta, aut ab illa, quæ sacristie præposita est, munus missæ celebrandi suscipiant. Cum quæ præfecta, præpositæ solum, nec vero cum aliis monialibus colloquantur, tum de rebus scilicet, quæ ad suum munus solummodo pertinent.

Idemque hoc de genere toto à monialibus seruetur, pena tum illis, tum capellanis præposita, Episcopi arbitrio.

Quibus vero confessarius, capellanusque sacerdotibus aliquid annui stipendij ac vitiæ sustentandæ vsu Episcopi permittendum videbitur, id omnino certa pecunie summa detur, nisi aliquando Episcopus aliter concesserit, nempe loco pecunie, vel tritici, vel vini, vel aliquid eiusmodi dari.

Viri aliquot pii, idemque solertes ab Episcopo deligantur, qui festis præsertim diebus, monialium monasteria, etiam regularium iuri, curæ subiecta adeant, forsque vndique perspiciant, si quid contra, quam de illis præscriptum est, fiat, agaturque, anque quisquam sit, qui facultate non impetrata, cum illis colloquatur.

Si quando nouum monialium monasterium construetur, hoc in primis curabitur, ut nulla fenestra, nulla specula alio, quam intus monasterij septum spectet.

Quod septum non simplici pariete, sed ipsis claustris, porticibusque elaudatur.

In eius autem septo medio viridarium magna ex parte constitui poterit.

Ad huius formæ modum monasteria, quæ iam adificata sunt, quoad eius fieri poterit, accommodari, reconcinnari, id Episcopo cura sit.

Minora vero officia, veluti ianua, rota, sermonibus præpositarum, earumque, quæ nouitias docent, sacristæ præfectarum, & quæ iis præsent, quæ manuum industria sese exercent, illarum præterea, quæ scriba, aut ratiocinatoris munere funguntur, & quæ ægrotis ministrant, ab eo, qui electioni præest, vna cum confessore, præfecta, vicaria, & discretis pro earum mentis conscientia, quibus opportunum videbitur, tribuantur. Quo decreto nihil derogatum sit iis monasteriis, in quibus ad huiusmodi officia Capituli suffragii moniales deligi solent.

Earum officia, quae electa fuerint, sint duorum annorum, aut, in quibus ea esset consuetudo, ad summum trium. Illis cum perfuncta fuerint, tantundem saltem temporis vacent ab officiis; nec in eisdem confirmari possint, à monialibus; nisi grauis causae extiterit, iudicio superioris probata; quietiam eas ante tempus, officio praefinitum, inde mouere possit, si male administrant.

Quae electa fuerint, quemadmodum earum obedientia postulat, officia suscipiant, & eorum munera sine recusatione humiliter exequantur; quae aliter fecerint sine iusta causa, quae superari probata sit, iure suffragii priuentur, ut neque ipsae alias eligere neque ab aliis eligi possint, arbitrio superioris.

Praefecta monasterii, tanquam communis omnium monialium mater, ipsarum & corporis, & animae salutem diligentissime consulat; easque studiose admoncat, ut puro corde sint vitaeque integritatem seruent, & ad perfectionem virtutum omnium contendant; siquidem quae religionem susceperunt, nisi ad summum illum gradum pro viribus peruenire conentur, minus sane efficiunt, quam debent, pro vita & ordinis instituto, quod profitentur. Meminerit autem sibi reddendam esse rationem iustissimo iudici errorum, quacunque moniales eius negligentia, aut culpa admiſerint.

In primis vero curet, ut pax, & concordia sororum conseruetur, sublatis, quantum ab ea fieri poterit, omnibus dissidiis ac discordiis causis, ut quemadmodum debent, vnum corpus, & vnus spiritus in earum sponſo Iesu Christo, perfecto charitatis vinculo colligatur.

Studeat etiam, ut singula suo munere recte fungantur; neque, nulla alterius officium occupet, nisi auxilii causa; idque ipsius iussu, & ut omnia ordine perficiantur, imprimisque ut silentium horis ac locis praescriptis seruetur. Si vero alicuius importunitas, aut re aut verbo, sororum pace perturbata, charitatem violarit; acerrime ab ipsa praefecta, & si opus erit, à superiore etiam monialium puniatur, & eius animi elatio edometur.

Huius autem praefectae, eiusque vicariae, quae, illa absente, illius vim, & locum obtinet, moniales omnes omnino obedientiam & obseruantiam praestent, quemadmodum earum votum postulat.

Quae vero eius iussa neglexerit, neque poenitentiam sibi impositam adhibere voluerit, aut superbe & iniuriose responderit, non habita eius dignitatis ratione, aut contumaciter defendendo, vel excusando eam impederit, quominus illas reprehendat, aut castiget, quae aliquid commiserint; ut sua contumacia, & insolentia graues penas pendat, apud superiorem accusetur ab illis, quas discretas appellauimus; quae nisi id fecerint, flagella, disciplina nomine, sibi semel adhibere, & humilibus capere cogantur.

Singulis etiam hebdomadis praefecta monialium conuentum, siue Capitulum habeat, corrigendi causa moniales proerratis, quae ipsa publice, vel in suorum officiorum munere admiſerint, quorum veniam ipse sponte atque humiliter coram omnibus petant, eisque poenitentiam imponendi, aliaque adhibendi, quae earum institutis tradita sunt ad piam in humilitate, & sui contemptione continendas, atque ad virtutes omnes studiose sectandas.

Caveant autem moniales ne poenitentiam sibi à praefecta impositam, pertinaciter recusent; neque superioris temporis delicta sibi inuicem iniquo animo obiiciant.

Quae hoc commiserit, ei hac sit poena, ut statim ad singularum monialium pedes terram exosculetur; sibi quoque flagella nomine discipline adhibeat.

In negotiis paulo grauioribus praefecta nihil decernant, nisi scientibus & consentientibus maiori ex parte discretis, seu matribus consilii.

In iis vero, quae maioris sunt deliberationis praefecta vniuersum monialium Capitulum conuocent; idque ipsi ratum sit, quod maiori monialium parti placuerit.

In omnibus autem tacitis suffragiis caueant moniales, ne suffragii pilas, vel calculos inter se tradant in manus. Iis, quae id commiserint, ea poena sit, ut priuata Capitulo, neque eligere, neque eligi suffragio possint, arbitrio superioris.

Ad suffragia autem de quacunque referenda non admi-

tantur, nisi quae triennium, post emissam professionem in monasterio fuerint commorata.

Discreta probitate, & prudentia ceteris monialibus antecellant.

Neque sint pauciores quatuor, ubi moniales plures non sint quadraginta, quod si plures sint, saltem sex creentur.

Moniales reliquarum sermonibus audiendis eiusmodi praepanantur, quae etate matura & spectata probitate sint. Haec diligenter, fideliterque suo officio fungantur: & ita loquentibus reliquis adstant, ut, quidquid tum intus, tum foris dictum, factumue fuerit, ipse audiant, ac studiose animaduertant. Nec enim quidquam, aut ita secreto proferri, ut eas lateat; aut, quod indignum sit Dei ancillis, dici aut fieri patitur: in quo si quidquam secus commissum fuerit earum culpa, vel negligentia, grauissima poena sui superioris arbitrio puniantur.

Novitiarum curam sola magistra electa, loco à ceteris monialibus separato, habeat: alia praeterea nulla.

Hae novitiae in timore & cultu Dei, & in obseruatione religionis erudiat: coneturque & vitae exemplo, nullam habeat ansam reprehensionis, assidueque admonitionibus ita eas instituere in spiritualis, & sanctae vitae ratione; ut progredientes Deo adiutore, perfecta eius ancilla possint euadere.

Quae autem sibi id temere assumpserit, ut aliquam ex novitiis erudiat, ius ei suffragii adimatur; ut neque eligere, neque eligi possit, quamdiu superiori placuerit.

Ianua septorum monasterii die clausa sint vna saltem clauae; quae ab antiquiore ianitrice custodiatur, ut, cum opus fuerit, aperiri possint. Nequaquam autem aperiantur, nisi duabus ianitricibus praesentibus. At noctu duabus clauibus diuersis claudantur, quarum altera afferretur à praefecta, altera vero ab eadem ianitrice antiquiore.

Cum autem ianua aliqua necessaria causa aperiantur, moniales non audeant eo accedere, ut externum quidquam aspiciant, vel cum vilo omnino aut uare, aut femina colloquantur. Quae id ausa fuerit, includatur in cellam, ubi tamdiu sit, quamdiu superiori videbitur, quae poena etiam pleatur ea, quae ianua propoſita est, si aut id permiserit, aut eiusmodi petulantiam statim ad superiorem non detulerit.

Quo tempore mutantur officia; vna aut duae moniales matura, ac prudentes praeficiantur monialium laboribus.

Haec ad rotam recipiant, quae elaboranda sunt; iſque distribuunt, quae ad id opus faciendum sunt idoneae: quibus perfectis, ea ex eadem rota restituuntur iis, quorum sunt, accepta mercede, semper ea praesente, quae rota est praepoſita.

Nulla praeterea quicquam quod elaborandum sit, ne cognatorum quidem, aut affinium, accipiat, quae contra fecerit, singulis vicibus sibi flagella discipline nomine adhibeat eo loco, quo moniales operibus elaborandis exercentur.

Si quae vel morbo, vel iusta alia causa non impedita, pigritia, vel desidia, aut pertinacia quadam ab huiusmodi laboribus abstinerit: obſonio priuetur totum id tempus, quo labori non incubuerit.

In loco item, ubi moniales exercentur in laboribus, lectio quotidie adhibeatur; quae absoluta, inter se conferant, quae audierint, certatimque electis vitiis, ad virtutes consequendas seipsas cohortentur.

Curet laborum magistra, ne sermones, aut cantus profani, aut à monialium conditione, & instituto abhorrentes, inferantur.

Praefecta, etiam si earum officium sit perpetuum, scribe, ac reliquae, quae monasterii bona quocumque modo administrant, fideliter, & accurate eorum rationem praescriptam habeant.

Singulisque tribus mensibus ad Capitulum summam referant rationes accepti, & expensi; ut omnes, quomodo se res monasterii habeant, intelligere possint. Verum quorannis rationem rerum omnium, quas administrant, separatim superiori reddant, aut eius vicario, ac, si fuerint, monasterii curatoribus deputatis. Quae autem aut sibi vindicarint aut perperam perdidierint monasterii bona, superioris arbitratu acerrime puniantur.

Ut autem nulla fraudis occasio relinquatur; in singulis monia-

monasteriis singula capsula constituantur ad hunc usum, ut in illis communis pecunia collocetur: quae duabus clauibus, iis inter se diuersis, clausae sint, quarum altera à praefecta monasterii, altera à maiori Discreta asseruetur. Nec vero capsula aperiri, aut in ea poni pecunia, aut inde auferri possit: nisi & praefecta, & maior Discreta, & scriba monialis, quae eius rationem ineat, interfuerint.

Duabus item clauibus, iisq; diuersis, horrei, & eius loci, ubi farina asseruetur, ostia concludantur: quae singula à singulis matribus, ei officio praepositis, custodiantur. Ea autem semper adsit, cum triticum, vel farina importatur, vel exportatur.

Praefecta, & moniales bona monasterii alienare, permutare, locare aut contrahere nullo modo possit: nisi sciente, consentiente, ac praesente rerum superiore, aut eius Vicario: seruatis item ceteris, quae iure seruari debent. Aliter contractus irritus, ac nullus sit.

Neque item adificare, nisi consentientibus Superiore, ac ciuib; monasterii curatoribus. Qui operam dabunt, ut id quam minimo sumptu, commode ac decenter fiat.

Quae praeposita sunt curae aegrotantium, pias & misericordes se illis praebeant, quanta maxima possunt & patientia, & diligentia: ac tales se illis praesentent, quales ceteras vellent, si ipse aegrotarent.

Aegrotis cibis, & medicamenta opportuna à praefecta, & ab electis ad id ministris ita adhibeantur, ut monasterii facultates tulerint.

Praefecta autem charitatis causa eas quotidie visitet, ut, & solatio sit, & melius ab eis cognoscat, ac curet, quae ipsis sint necessaria.

Si vero aliqua moritur, confessor cum comite, quem Superior approbauerit, ingreditur septa monasterii tunc, cum eius corpus ad sepulturam dandum fuerit: pieque ac celeriter, quod eo tempore persolendum sit, officio fungatur.

DE PVELLIS AD RELIGIONEM Admittendis.

Cum primum puella ad suscipiendum sacrum habitum offeruntur, monialium praefecta parentes, vel eos, quorum cura commissae sunt, admonet excommunicationis, quae praeposita est à sacro Tridentino Concilio iis, qui suas puellas, vel alienas inuitas cogunt suscipere, aut profiteri religionem. Idem ab eorum Superiore fiat, cum eius consensus requiretur.

In iis monasteriis, in quibus moniales paucores sint quinquaginta, duae tantum germanae sorores, aut tres, quae sint vnus generis, ac familia recipi possint.

Vbi vero plures sunt quinquaginta monialibus, ibi tres tantummodo sorores, aut quatuor eiusdem familiae recipi liceat: si ita monialium Capitulo videatur.

Praefecta, & moniales de puella, earum suffragijs ad suscipiendam religionem admittenda, quidquam polliceri, aut Capitulum cogere non audeant: priusquam libero loco ab Episcopo, aut ab eo, cui ipse id munus delegarit, puella secreto examinata, ac probata, facultatem suscipiendi in eo monasterio religionem scripto consequuta fuerit, consentiente etiam illius monasterii Superiore.

Ab iis autem omnibus prius diligenter inquiratur de moribus, vita, etate, quae maior sit duodecim annis, ac de libera & pia voluntate puella.

Quae anno saltem antequam examinetur, & monialium Capitulo admittenda proponatur: propositum religionis suscipiendi in eo monasterio, & Episcopo, & monialibus, earumq; Superiori patefecerit, ut interim huiusmodi inquisitio mature fieri possit.

Quo etiam tempore ipso confessor illius monasterii, aut cui Episcopus eiusmodi munus puellas has audiendi commiserit, semel singulis mensibus peccata sua confiteatur, sacrosanctamque sumat Eucharistiam, ac per sepe moniales in locis colloquutionum alloquatur, ut ab eis tum explorari accuratius, tum admoneri melius possit de omnibus, quacumq; illi agenda, & ferenda erunt religionis causa intra septa monasteriorum, ne villo vnquam tempore conueni, & insitiam excusare possit.

De puella admittenda ad suscipiendam religionem, ac mox etiam nouitia ad professionem, ferantur tacita suffragia, ut singula moniales, nullo affectu impedita, libere sua conscientia possint satisfacere.

Nec vero huiusmodi puella ad religionem, neue nouitia ad professionem recipiatur: nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

Puella ad religionem admissio aliter facta, quam praescriptum sit, irrita sit, & nulla.

Praefecta vero, cuius culpa, vel negligentia id factum fuerit, ab officij administratione submota, velo etiam ad sex menses eo ipso priuata esse intelligatur.

Praefecta autem statim de suffragiorum exitu Superiorem admonet: ut in librum, ad huiusmodi usum institutum, eius nomen, quae recepta sit, ab eo referatur.

Cum primum suffragijs Capituli aliqua recepta est, statim omnes vestium delicias, & inanem ornatum deponat: & magro vel fisco vestitu, aut albo, at non serico induatur ea modestia, & submissione: ut omnes intelligant, eam mundo remunciasse: ut Deo religiosè inferuiat, quo vestitu semper utatur, donec in monasterio introeat, & interea à choreis, & spectaculis manibus abstineat.

Quae vero eo modo, quo diximus, recepta fuerit, monialium vestib; in monasterio indui non possit: nisi ex mensibus, post quae recepta fuerit, idq; concessu Episcopi, & monialium Superioris, quibus liberum sit, vel producere, vel contrahere illud semel re tempus, quemadmodum eis expedire videbitur.

Tumultus autem euitandi causa, deducatur mane ad monasterium ab intimis propinquis mulieribus, nulla pompa, nullo, inuitatu aliorum, & sola introducatur in Ecclesiam interiore monasterij. Missae, audita, & sumpta communione, ceterisq; solennibus ceremonijs adhibitis, coram reliquis monialibus, à Superiore, aut monasterii confessore vestiatur, qui illam adeo grauem, sacramque actionem aliquo ipso sermone prosequatur. Quod etiam in professione seruetur.

Superior siue confessor hanc cautionem adhibeat; ne puella nouitia nomen gentium seminarum imponat, sed sanctarum, quae ab Ecclesia celebrantur.

Quae puella postquam monialium vestem suscepit, amplius e monasterio septis exire non possit: nisi fortasse nondum professam peniteret in monasterium introisse. Si vero semel exierit, nulla illi imposterum facultas redeundi concedatur.

Nouitia causa ante professionem ex decreto Trident. Concilii nihil monasterio detur, praeter id quod necessarium sit ad victum, & vestitum eius temporis, quo fuerit in nouitiatu, quod totum representari volumus, antequam puella in monasterium ingreditur.

DE NOVITIIS AD PROFESSIONEM recipiendis.

Quoniam ex Tridentini Concilii decreto professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annum probationis post susceptum habitum facta, nulla est, nullamque parit obligationem; curent Episcopi, ne nouitia vlla ante illam etatem, & tempus ad professionem admittatur.

Praefecta autem monasterio triginta ante diebus Episcopo significet, quo tempore nouitia professura sit; ut vel ipse, vel, si is abest, impediturue, alius, cui ille id negotium dederit, nouitiae voluntatem cognoscat: perspiciatque an eiusmodi conditionis sit, quas monasterium illius, & ordinis regula postulat: an item monasterium idoneum. Ei denique demonstrat, quam grauis ea res sit, quam uel multas res tria religionis vota requirant: ut ea, antequam ad professionem recipiatur, vinculi vim intelligat, quo se obstringi vult.

Si praefecta id facere neglexerit, eiusdem Tridentini Concilii decreto ab eius officio tam diu amoneatur; quoad Episcopo videbitur.

Nouitia ne examinetur intra septa monasterii, sed extra in publica eius monasterii Ecclesia, ut libere & fidenter suam voluntatem exponere possit.

Quod vero professione facta, elemosyna gratia ad profes-

Sam suscepiat monasterio datur, id quo tempore puella religioni
habitu suscipiet, apud viru, monialib. & earu Superiori proba-
tu, deponatur: vt nullo impedimento tu monialib. p'sto esse possit.

Nulla autem renuntiatio bonis à nouitia fiat; nisi quemadmodum à Conc. Trid. iussum est, facultate ab Episcopo, vel eius vicario permissa, ad duos proximos mēses ante professionē fiat.

Et quoniam, quæ moniales, professione facta, velum suscep-
erunt : quotidie suæ religionis diuinum officium dicere debent,
nulla ad professionem admittatur, quæ congruè legere, & offi-
cium dicere nesciat. Id autem experiri debet, cuius officium
est eas examinandi : qui, se præsentem, eam legere iubebit.

Professionis autem, & diei, & anni, quo facta est, in libro ad
eum ipsum confecto, memoria conferuetur, manu eius monialis
qua scriba officio fungitur: adhibita subscriptione eius, qua pro-
fessa sit, si modo scribere sciuerit, & Superioris quæ admiserit

Quo die puella proficitur, vel monialem habitum induit, in
foresterijs, adibusque monialium, ab eius propinquis, & amicis
coniugia ne fiant, neue bellaria dentur.

DE DIVINIS OFFICIIS, PRECATIONIBVS, ET
lectione Monialium.

Cum ad sanctimoniales valde pertineat laudare assidue Deum creatorem, conservatorem, & redemptorem mundi, eidem gratias agere & supplicare, vt sua misericordiam omnibus hominibus ad salutem impertiat; idcirco moniales omnes diu nocturnorum frequentant: sacrosq; officij distinde tenent, ad ipsius, & vocis, & pio animi affectu celebrandi, intersunt: illis solum exceptis, quarum prefecta iusti impedimentis excusationem acceperit.

Adfint autem fingula initio diuinorum officiorum, congruenti fui ordinis veftitu indutæ, in fuis ac proprijs locis, & vſque ad finem perſiſtunt: non prius inde difcendentes, quàm præfecti, aut vice eius alia, difceſſu ſignificationem fecerit, niſi neceſſitate aliud poſtulant, id eadem tempe permiſerit.

Soni, cantus, qui honesti, & spirituales nō sint, colloquia ē-
risus, quicquid p̄terea indignū est domo Dei, & eius diuina ma-
iestate, cū qua colloquimur in oratione, omnino amoueantur

Quaecunque autem contra hac, quae iussa sunt, aliquid fecerit, praefecti arbitrio pro modo culpe acriter puniatur.

Et, quia mentis oratio tanto prestantior ea, qua solum or
exprimitur, quanto anima est excellentior corpore, pps: incredi-
bile solatium affert, & fructum, eo que quotidie nouis cumu-
latur numeribus, in Deum quamdam modo conuersens: ideo moniales
& velatae, & conuersae prater horas canonicas, aliasque oratio-
nes, quas ex officio habere debent, quotidie in chorum vniuersi
conuenientes, nisi necessario impediuntur, solum per horarum
mentalem orationem adhibent: semihora velate post matu-
num, itemque post nonam, aut completorium, sublati ad Dei
mentibus pps, & salutaribus rebus contemplandis. praesertim
vero vitam, doctrinam, Dominum nostrum Iesum Christum, eius
sancta mysteria studiose meditabuntur, passionem, atque
sem, resurrectionem, ascensum in caelum, extremum aduentum
ad iudicium beatorum gloriam; & damnatorum supplicia
aliaque eiusmodi, qua ad Dei gloriam, & propriam proximo-
rumque salutem pertinent.

Quoniam vero a Tridentina sancta synodo prohibetur, n
in Choro vel monasterio septis, sed in Ecclesia publica sanctifis
num Christi corpus conferuetur; efficiant Superiores, vt eius
modi decreto vbiq; obtemperetur.

Diebus festis ut otium, a quo mala omnia oriuntur, euitur, moniales tempus, quod sibi a diuinis officijs, & conserijs orationibus super fuerit, in sacra atiaq, lectione consumant, quod ad Dei & sui ipsius cognitionem eas ducat, viamq, monstrat perfectionis, & aeterna vite, idq, vel separatim, vel coniunctim faciant; cum huiusmodi lectio iuuas, & fructuosas sit animarum oblectatio; vitia coercet, ad virtutes inflammet, contra autem iniquum librorum lectio mentes corrumpat.

Quod ne accidat, Superior, aut confessor omnes monasterii
libros perspiciat, & recognoscat; singulas moniales in virtute
obedientiæ suos proferre cogens.

DE COMMUNI VITÆ VSV, AC PROPRIETATE TOLLENDA.

IN omnibus monasteriis, quod ad cibum, potum, somnū, ca-
terasq; res attinet, omnes communiter vivant; vt à sacro
Frident. Concil. decretum est. neq; quidquam inter eas differat.

*aut alia alii præferatur, aut poſthabeatur. quem admodum vo-
tuum paupertatis poſtulat: vt tuum & meum, atq; omnis pri-
uata rerum poſſeſſio, & re, & verbo omnino tollatur. omnis et-
iam ſuperuacaneus, & inanis rerum uſus.*

Neq; villa sit, quæ quidquam possideat, aut adhibeat, ut proprium; etiam si ad necessitatem concessum est.

Omnia itaq; monasterii proventus, cuiuscunq; generis sint, elemosynae etiam, & quaevis ex laboribus, libelli praeterca, legata & bona mobilia, & immobilia, quae testamentis relicta, & quae donationis, vel alia quavis causa obtinuerint, a singulis monialibus ad communem monasterii utilitatem conferantur. Praefata vero pro sua prudetia, & humanitate ex illis ipsius eius necessitati propriissimum consulat, ad quam pertinerent, nisi obfistere paupertatis votum. Vtq; omnis proprietatis occasio tollatur de monasteriis confessores, ac praefata, votu paupertatis accuratius seruandis gratia, monialibus suadere studeant, vt current omnes vestes lineae, laneae, vel pellicae, aut cuiusvis generis in communi loco asseruandas: duasque ex monialibus, quo tempore mutantur officia is executientes, purgandas, & facientes praeficiendas: quae etiam fororibus in singulis hebdomadas pro tempore, & vt vsus feret, eas distribuant, nulla q; vestes apud se habeant, praeter eas, quae ad quotidianum vsum sunt necessariae. Aegrotant vero vestes, contagionis nomine suspectae, separatim custodiantur, aut apud illos ipsas relinquantur.

*Dona, quæ singulis mittuntur, ad præfectam adferantur: nec
vlla possit illa accipere, aut ad vsum adhibere, nisi scientes & cō-
sentientes præfecta. Quæ in id omnino incumbere debet, vt ex
monasterio vitii proprietatis, tanquā multorum malorū cau-
sa euellat. Neq; cuiq; permittat vt pecunia apud se habeat.*

Ter autem in singulos annos, Praefatum vna cum discretis, cel-
las & suppellectilem singularum monialium diligēter inquirat;
& scrutetur, ne vlla quidquam habeat proprii aut plus quā
quantum ei ad sumum vsu concessum fuerit.

Quod, si que propriam aliquid tenere deprehensa, aut commissa fuerit; ea biennio actiua, & passiuu sit, ex Trident. Concil. decreto; atq; etiam iuxta sue regule, & ordinis constitutiones puniatur. multoq; magis, quæ ex communi,^{la} At ex eo, qd alicuius vlti tributum sit, furim fisci aliquid vindicauerit.

Siprateria, speculum, catellus, vnguentum, aut suffumigium, & huiusmodi inanum rerum quidquam apud aliquam reperit fuerit; Superior statim id e monasterio auferendum, & eam apud quam inuentum fuerit, acriter puniendam curabit.

Montalis, siue velata, siue conuersa sit, eleemosynam dare, largiri, aut vendere esculentas res, vestes, aut bona cuiusvis generis sint; etiam si ad usum ei attributa sint, aut etiam legare omnino non possit. Quae secus fecerit, velum ei per mensam adimittatur: ac ter se verberibus ad disciplinam affligere cogatur.

In quo tamen integrum sit præfecta concedere facultatē, cui
cōcedi debere iudicārit, aliquid deuotionis, ac religionis causa,
vel aliud exiōum elargiendi propinquis, ac bene merentibus.

Ad sonitum minoris campana omnes conveniant ad benedictionem mensæ, quam præfecta, vel vicaria, vel ipsis absenti-
bus. antiquior Discreta faciat.

Deinde loco, & ordine discumbentes non prius discedant, quàm Deo gratia acta fuerint. quæ non obedierit, vno die obsequio priuatur: ac postremo loco in mensa sedere cogatur.

Mane, & vesperi ad primam, ad secundam mensam aliqui spirituales liber, qui ad religionem incendat, quotidie legatur omnibus discipulis, cum silentio & attentione audientibus: ut per omni corpore mens etiam recreetur.

Vniuersales moniales. si fieri possit, vno loco dormiant, à præfecta, aut à vicaria optime cõcluso: cuius clauēs ab ipsa præfecta asseruet.

Singula aut in fingulis lectis omnino dormiat. & in fingulis
et cellis, si rata ibi sit copia cellarum, vt oes capere possint. Cella v
ro diu, noctuq; aperta sint, vt perfecta in singulas horas inspicere
eas possit. Dato aut signo eundi cubitum, locosq; ubi dormitur,
clauso, perfecta, aut eius vicaria, aut aliqua ex Discretis, omnes
cellas visitet: vt in omnes suis dormiant locis, animaduertat.

DE CLAVSVRA, ET QVÆ AD EAM TVEN-
dam aliqua ratione pertinent.

Monialibus nulla quide nimia diligentia videri debet ad
eius thesauri custodiam, cuius causa propinquius rei fami-
liari, ac terrenis omnibus terris, curisq; renuñtantes, in septa mo-
nasterii se incluserunt.

Virginitas sanctum earum propositum, ea ex parte, qua diaboli insidii maxime patet, communiatur, cunctis Episcopis, ut ad omnes fenestellas, ubi colloquendum sit, duo ferrei clatri, seu cancelli conficiantur; qui altè palmo distent, alter ab altero.

Inter virgas ferreas, quibus singuli cancelli compacti sunt, non plus omnino quam vncia intersit.

Et possint.

Sint autem virgæ ita solidæ, ut neque facile frangi, neque, si Intimo vero cancello, quo moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, qua moveri nequeat; sitq; exiguis foraminibus, ad audiendi tantum commoditatem perforata, cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instat fenestra, qua aperiri possit, cū erit colloquendum, apponatur.

In ea lamina quadrata fenestellula nonem tantummodo vnciarum fieri possit, cuius clavis à prefecta custodiatur: neq; eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cum Episcopo, vel ordinis Superioribus aut cum parentibus, & fratribus monialium, & aliis arcta propinquitate generis coniunctis, aut cum instrumentum aliquod confici, vel sacrum sermonem audiri oporteat.

Quod vero ad huius fenestellulæ concessionem attinet excepta sint monasteria, quorum moniales vel lege, vel consuetudine ab externis hominibus confici nunquam solent.

Officia locorum, qua colloctionis solium, & intus, & foris, sunt attributa, semper clausa sint: quorū claves sint apud antiquissimam earum monialium, qua audiendis sermonibus sint proposita; nec nisi cum opus sit longiori colloctione, aperiantur. Caterum ianatrix ex clatrata ianua fenestellula, ianua tamen clausa, rotaria ex rota respondebunt pulsantibus.

Loca autem intus, & foris colloctioni attributa, cum ibi sint, qui loquatur, semper pateant, ut quina sint, videri possint.

Officia, per qua à septis monasterii in exteriori Ecclesiam patet aditus, ad mœsem muro obstruantur. Si quid in hoc prefata culpa, vel negligentia commissum fuerit, ea, & officio, & velo Superioris arbitrio priuetur.

Omnis fenestra & cancelli, & quicunq; locus, per quem moniales externam Ecclesiam introrsum possint, edificentur, præter fenestram, in qua collocata est rota, & fenestellulam ad solum sacrosanctæ Eucharistiae sumenda vsus constitutam, ac illam fenestram per quam corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, à sacerdote celebrante elatum aspicere possint.

Ea fenestra perpetuo lineo panno contecta sit, qui tantummodo, cum sufficitur sacrosanctæ Eucharistiae, amoveatur. Fenestra autem ratio sit eiusmodi, ut sacerdos ex Altari moniales intueri nequeat.

Curent Episcopi, & alii superiores, ne è vicinorum adibus, quicunq; illi sint, monasteria inspiciantur; maxime vero si fratrum cuiusvis ordinis aut presbyterorum ades illis imminant: quo casu parietes altius tolli, & novas edificari iubeant eorum sumptibus, quorum Episcopi, & ii qui monasteriorum curatores sint, interesse iudicauerint, quacunq; appellatione remota.

Quamobrem etiam secularium Principum auxilium implorent, ut monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis securè per monasterium ambulare liceat.

Regulares viri in posterum, ne in ea loca migrent, neque areas, monasteriis monialium proximas, edificandi causa emant: unde monialium aspectus fieri possit. Moniales in monasteriorum edificatione, vicinia regularium virorum adibus, aut iis locis, unde ipse ab illis inspicere possint, in posterum prohibemus. Aedes proxime monasterii sancti monialium, famosis mulieribus ne locentur.

Nec ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi, & huiusmodi prophane res, & inanes exerceantur: qua eas à sacro officio auocare, aut ipsis offensionis causam præbere possint.

Quemadmodum à sacro Trident. Concil. sancitum est, moniali professione nulla ratione monasterii septis egredi liceat, nisi ex causa legitima qua ab Episcopo probata sit.

Huiusmodi vero licentia egrediendi nullo pacto permittatur, nisi id grauisima res & summa necessitas postularit; neq; iis monialibus, quibus, nisi ex summi Pontificis concessu egredi fas est. Apostata, fugitiua, & delicti causa creta monasteriis, qua cum sacro vestitu, aut sine eo vagantur, non sine scandalo

religionis, ab Episcopis caterisq; earum Superioribus, petito etiam secularium principum auxilio ad sua monasteria redire cogantur: ut ibi dignas penas pendant suorum scelerum. Quod si Superioribus in monasteria restitui debere minime videantur, in earum mulierum numerum, quas Conuertitas vocant, cum bonis, qua attulerunt ad monasterium, adscribantur. Ea aut bona illis mortuis, priori monasterio restituantur. Si qua monialis in monasterii septa marem aut feminam cuiusvis ætatis, conditionisue etiam matrem, aut sorores introduxerit, tribus mensibus in carcerem concludatur; eiq; singulis sextis feriis ieiunanti nihil præter panem & aquam ad cibum & potum adhibeatur, atq; ad annum velum adimatur. Eandem penam subeant, qua rota, & ianua preposita fuerint; prefecta etiam, & quævis alia, quarum consensu id commissum sit.

Quicunq; vero clericus, siue secularis, siue regularis cuiuscunq; ordinis, aut laicus cuiuscunq; status, dignitatis, gradus, conditionis ipsarum monialium septa interdu, vel noctu introire ausus fuerit, præter excommunicationis penam, quam ex Concilij Trident. decreto ipso iure subit; aliis etiam grauisimis penis, habita persona criminisq; ratione, puniatur. Et si Ecclesiasticus sit, aut beneficia obtineat, suorum etiam ordinum munere ex ordinarij voluntate prohibeatur; suisq; omnibus beneficiis priuetur. Quo decreto excipimus eos, quibus ob necessariam monasterio eorum operam, & industriam Superior septa ingrediendi facultatem, quotannis renouandam, scripto permiserit. Is autem meminert sibi à Trident. Concilio ademptum esse eiusmodi facultates concedendi, nisi in casibus necessariis, ideoq; caueat, ne qua intus officia moniales obire possint, ad ea præstanda externi in septa monasterii introducantur. Atq; ut in hac necessitate dignoscenda vna eademq; ratio ubiq; seruetur, & ille facile concedendi vsus coercetur, Episcopus adhibitis in consilium omnibus monasteriorum Superioribus, etiam regularibus statuatur, ac præscribat, quæ opera in monasteriis necessarium externorum ingressum requirant. Quam vero rationem in hac re præscripserit, ea ab omnibus, etiam Regularibus, inuiolatè seruetur.

Intra septa monasterii mares & femina cuiusvis generis, etiam ipsi monialibus inseruiant, vel sint atate confecti, nulla de causa pernoctare possint, proposita pena excommunicationis lata sententia, quam, & is, qui pernoctarit, & prefecta, qua id permiserit, subeat. quibus addantur alia pena Superioris arbitratu. Neue intus in eisdem septis boues, equos, & iumenta cuiusvis generis alant.

Si contra fiat, prefecta tres menses ab officij sui munere amoveatur.

Moniales cum nemine externo omnino colloquantur, nisi is licentiam scriptam, & obsignatam à Superiore monasterii, aut ab eo quem is suo nomine substituerit, atq; in cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit. Qua contra id fecerit, priuetur trimum mensium facultate loquendi cum externis omnibus cuiusvis sexus, etiam propinquis, cogaturque singulis sextis feriis eius temporis, discipline nomine flagella sibi publicè adhibere, & orare eo Psalmo, Misere mei Deus.

Licentia autem, scripto permissa, accipiantur ab iis, quæ rote sint preposita, priusque ad prefectam deferantur, quam illa accersantur, qua scripto nominata sint. Prefecta ubi scriptum legerit, manūq; & signum eius agnouerit, cuius officium sit facultatem colloquendi concedere, benedictione adhibita, permittit iis, qua scripto nominentur: ut cum illis tantummodo loquantur, qui nominatim descripti sint: idq; ad communem colloctionis fenestellam; non ad ianuam, neq; in Ecclesia, aut alibi, presentibus semper monialibus arbitris, ei muneri prefectis. Quæ vero ad colloquendum accesserint, brevis finem loquendi faciant: caueantq; ne tempus, quo nihil est pretiosius, inani, aut inutili sermone consumant.

Non est ferendum, ut moniales, præsertim sacris diebus aberrantes ab oratione, caterisq; piis exercitationibus, sermonibus minimè necessarius tempus consumant.

Idcirco, quibus diebus sumitur sacrosanctæ Eucharistiae, & quoties dies festi ex præcepto Ecclesie celebrantur, tempore etiam aduentus, & Quadragesima, in Vigiliis præterea de præcepto, omni denique tempore, cum diuina sunt officia, moniales cum

externo nemine omnino colloqui possint: nisi necessitas ita postuler.

Moniales vero tam quae audiendis sermonibus praeposita sunt, quam illa, quae loquentur: ne monasterium absurdum, & inanis rumoribus compleatur, cum nemine omnino communicent, quae ab externis acceperint: nisi cum praefecta, si eis expedire videbitur, ut aliqua ad eam referantur.

Vigilent praefecta, & quae sermonibus audiendis praeposita sunt, ne quisquam colloquendum cum monialibus accedat, simulato eius nomine, qui scripta licentia nominatur. Quod si id a quoquam commissum fuerit, is ab Episcopo: quae vero cum collocuta fuerit, & quae scientes permiserint, a suo Superiore, harum constitutionum praescripto, graui pena eorum arbitratu afficiantur.

Quicumque vero clericus siue secularis, siue regularis, cuiuscunque ordinis, aut laicus cuiuscunque status, dignitatis, gradus & conditionis ad monialium monasteria accesserint, & cum earum aliqua, non imperata, ut praescriptum est, colloquendi facultate sermonem habuerit, grauius puniatur.

Hoc autem edicto, neque patres, neque fratres teneri volumus, quibus non impetrata illa colloquendi facultate, sed seruatis ceteris regulis, hac ipsa de re latus, cum filiabus & sororibus tantum colloqui, non tamen septa vnquam ingredi licebit.

Nemini omnino, neque sacro, neque profano, neque mari, neque femina liceat adire monasteria monialium docendi causa tantum, quem figuratum vocant.

In ijs tamen monasterijs, in quibus non in exteriori Ecclesia a secularibus, sed intus a monialibus organonatur, permittere poterit Superior alicui viro, moribus & aetate ab Episcopo probato, ut foris ad fenestellam colloquutionis monialem organistrum tantum sonandi artem doceat, si in eo studij genere plus proficere necesse habeat.

Hac autem intus, ad ipsam fenestellam discens, commorabitur: cui semper assistent duae ex ijs quae audiendus sermonibus praeposita sunt.

Quae contra fecerit, siue praefecta, siue alia, velo priuetur, alijque praeterea poenis afficiatur arbitratu superioris.

Organum aut in posterum ne constitutur, nisi locus in quo apte locetur, Superioris iudicio ante probetur.

Prohibentur etiam moniales ipse intus, aut per alios foris sonare musicis instrumentis, praeter organa & harpichordium, quo ars organonandi discitur.

Neliceat monialibus depositi, aut custodia causa, in monasterio habere pecuniam, gemmas, vestes, aut eius generis res vllas cuiusvis persona, nec vasa quidem storum aut fructuum.

Quod si quae in praesenti habeant, ut omni incommodi causa tollatur, ad tres menses, quibus debent, ea restituant.

Contumacibus, aut negligentibus poena sit: praefecti, officij: ceteris veli spoliatio.

Moniales ne animi quidem relaxandi causa, seclarium virili aut muliebri vestitu vtantur, cum dedecet Dei famulas, vestes ab earum professione alienas, induere. Verum, decore semper seruato, omnium & temporum, & actionum, permittente praefecta, honestate, & quemadmodum sacras Deo virgines decet, animum remittere licebit.

Moniales etiam ne offulas, aut cetera huiusmodi consiciant donandi gratia prohibemus: propter teporis iacturam & sumptum, qui in eas impenditur. Quae contra decretum aliquid commiserit, vel permiserit, Superioris arbitratu puniatur: maxime vero in praefectam animaduertatur.

Nulli monialis fas sit ad quemquam secretò litteras scribere, praeter Superiorem & Episcopum, si de aliqua graui re esset admonendus.

Neque ad se missas litteras aperire, & legere nisi praefecta prius eas coram vicaria legerit: aut se praesente legi iusserit.

Quae contra hanc legem aut scripserit aut acceperit litteras, per duos menses sua cella pedem non efferat: & singulis sextis ferijs ita ieiunare cogatur, ut tantum pane & aqua vescatur. At si ea litterae suspicionem aliquam criminis haberent, ea ad quam scripta fuerunt, praeter praedictam poenam, sex menses, & facultate loquendi ad fenestellam monialium colloquutionis, & velo priuetur.

Verum ne praefecta falli possit, si illi ei litterae ostensis, quae alia sint ab acceptis, & ab illis, per quas responsum est: quae rota praeposita fuerint omnes accipient litteras, quae ad monasterium peruenierint, eas statim ad praefectam afferent, a qua etiam litteras a monialibus scriptas, accipient clausas, & obsignatas coram eadem ipsa. Quas deinceps nuncijs externis tradent.

DE CONVERSIS.

Conuersis, minimum quadraginta annos natis, & Superiori probatis, facultas sit exeundi septis monasterijs, propter negotia monasterio necessaria, permittente tamen praefecta, quotiescunque exeundum fuerit.

Cui etiam liberum sit, eas si ita videbitur, intra septa semper retinere, & ut faciat, si modo possit, ea vehementer cohortantur.

Ad funera aut ne prodeat, nisi quae ordinis sunt mendicantiu.

Exeuntes vero vna prodeant, neque longius discedant, altera ab altera, quam ut se inuicem aspiciere & audire possint.

Quibus si ex vrbe egredi contigerit, semper in eodem lecto somnum capiant. Caueantque, ne in cuiusquam famosa persona domum introeant, etiam si illa de monasterio bene merita fuerit.

Neue in domiciliis, ubi alia honeste mulieres non habitent, pernoctent. Neue literas, aut mandata clam perferant.

Aut quidquam inane monialibus renuntient, quod foris viderint, aut audierint.

Delinquentibus poena sit carcer, aut etiam grauior arbitratu Superioris.

DE PUELLIS SAECULARIBVS, QVAE IN monasterijs educantur.

Puella saeculares cuiusvis generis, conditionis & aetatis, quae nunc in clausura monasterij, educationis, aliaue causa commorantur, post annum a monasterio exire cogantur, nisi omnibus ijs praedita, quae ad suscipiendam religionem, monasterij insituta, Trident. Concil. & harum constitutionum decretis requiruntur, monachalem vestem sumere voluerint. Episcopi tamen facultas permittitur probabili de causa prorogandi tempus suo arbitratu, consentiente Superiore regulari in ijs monasterijs, quae ei subiecta fuerint.

In posterum puella, educationis causa, in monasteria ne recipiantur sine licentia scripto permissa, ab Episcopo, ac Superiore regulari, si ei subiectum fuerit monasterium, cui etiam prius accesserit scriptis Metropolitanis consensibus.

Hac autem licentia non concedatur puellis, quae habeant, a quibus regi, & educari commodè possint: aut ijs quae decimum annum non compleuerint, aut maioribus quindecim annis.

Quae semel exeunt a monasterio, amplius aut in illud, aut in vllum praeterea aliud admitti non possint: nisi cum moniales fieri voluerint. Huiusmodi autem puella nigri tantummodo, aut fusci, vel albicoloris vestes, non sericas, adhibeant. Nullo praeterea acquisito ornamenti genere vtatur: ne sint concinnatae: neue habeant in aure, nec monilia: aut eius generis delicias.

Cum propinquis, alijsque externis ne colloquantur, nisi eisdem seruatis, quae supra de monialibus eo in genere decreta sunt.

Dormiant, cibum capiant, versenturque loco separato a monialibus, ijs exceptis, quae ipsis regendis, & insituentis praeposita sunt: cum nullaque moniali consuetudinem habeant, praeterquam in Ecclesia, cum Missa, aut diuina officia celebrantur.

Puellarum alimentis, & educationis causa quotannis monasterio non minus soluatur triginta aureis: cuius praemia dimidium in singulos sex menses representetur. Quod si ea pecunia per ipsos sex menses non numerata fuerit: puella ad suos remittantur, quos magistratus monasterio omnino satisfacere cogant.

Quaecunque ex ijs puellis monialis fieri voluerit, ad propinquos suos mittatur, aut ad eos, qui ipsius curam habent, apud quos saltem per mensem maneat: priusquam ab Episcopo: aut ab eius ministris examinetur, idque, ut facilius, ac melius eius libera voluntas exquiri, & explorari possit.

Puellas vero domi sua foris viuentes, neque literas, neque vllam omnino artem monialibus docere liceat: ne ad fenestellam quidem, aliaue colloquutionis loca, quod, si id monialium praefecta, quouis modo permiserit, sensu ad ministrandi officio priuetur.

DE CONCIONATORIBVS, CONFESSORIBVS, VISITATORIBVS & cappellanis:

Qui monasterijs praesunt, dectos, prudentes, ac pios concionatores adhibeant: qui bis saltem in singulis mensibus

mensēs ad cancellas collocaſionis monialium, vel ad fenestellas Ecclesie, Dei verbum prædicent, easq; erudiant in omnibus, quæ ad Deum cultum, & sempiternam salutem consequendam pertinent.

Cōcionatoribus autem ne liceat cum monialibus separatim colloqui, nisi eis à Superiore monasterii licentia permittatur.

Præſcientur etiam monialibus confessores, & ætate prouecti, & prudentes, & Deum timentes, qui semel saltem in singulos mensēs audiant peccata monialium: eisq; sacrosanctam Eucharistiam administrent: quemadmodum sacrum Tridentinum Concil. debere censuit.

Nemo Regularis peccata monialium possit audire, nisi prius à generali Capitulo, aut sui ordinis Generali, aut eo absente, ab ipsius Vicario generali probatus fuerit: cuius rei ſidem facerit Episcopo eius loci, ubi fuerit monasterium, aut eius Vicario omnes monialium, & ſeculares & regulares confessores, confecto biennio, aut ad ſummum triennio mutantur: nisi iusta aliqua, aut neceſſaria cauſa Episcopo, aut eius ordinis generali, ſi Regularibus ſubiectum ſit monasterium, poſtulare videatur, ut illis tempus prorogetur.

Idem monasterii ſepta ingredi non poſſint, niſi id eis à ſuperiore aliqua de cauſa conceſſum fuerit: excepta cauſa adminiſtrandi ſacramenta egrotis monialibus: cum graui & periculoſo morbo laborant.

Quo tempore dum intra ſepta cōmorantur, eos due aut tres moniales, quæ ætate cæteris præſtèr, comitentur. Eadēg, oēs proſequantur, quicunque ſepta monasterii introierint, etiam Superiores, ac viſitatores, facta prius ſignificatione ſonitu minoris campanæ monialibus ſe recipiendi. Quam conſuetudinem niſi præſecta ſeruari, officio moueatur Superioris arbitrio.

Confessores in monasteriorum locis, quos foreſterias vocant, cibi capiendi cauſa ne morentur, niſi conſeſſionis tempore.

Neq; tum etiam ibi noctu cubent, niſi cum alicui ex monialium numero mors inſtaret, ut præſto eſſe poſſint adminiſtrandi ſacramentis, & reliquis pietatis officijs: aut cum propinquum monasterio domicilium non habent: ut in multis monasteriis quæ ſunt in diœceſi.

Nemini autem conſeſſori ſeculari aut regulari aſidue habitare liceat foris in foreſterijs, & ædibus monialiū, aut earum ſumptibus ibi viuere, nec ſi in iis locis dormitur, quæ monasterium attingunt, fenestre, aut rota ſint. Et ſi ſunt ſtatim muro obſtuantur, ut nihil à monialibus, quod in eo loco agatur, aut dicatur, aſpici aut audiri poſſit.

Clauſi lamina, & linea tela fenestellule eius loci, ubi moniales conſitentur, ita compactæ cohereant, ut remoueri non poſſint: & inde tantum audiri, aſpici autem nullo modo poſſint.

Qui verò confessores in iis deliquerint, ſtatim & officio priuentur, & ſaciliſ ſum ad eundem illud monasterium, tum diuina adminiſtrandi eis arbitrio Superioris adimatur.

Eandem penam ſubeant omnes Regulares, & alii cuius ſuis generis clerici, qui cibum aut ſomnum capient in locis collocaſionum, ac foreſterijs monialium: aut munera alicui moniali, quæ ſecundo, arctioris cognitionis gradu conuincta non ſint, dederint, aut ab ea acceperint.

Superiores tamen ſuo arbitratu, cum illis colloqui, & in foreſterijs reſci & cubare poſſint, quo tempore viſitant monasteria: ſi tamen ibi fratrum ſui ordinis monasteria non habeant. Quæ ſi ſunt, apud eos diuerſari debet, neq; graues eſſe monialibus.

Idem pecuniam, munera, aut præmia à monialibus ne accipiant, quo illa aperte intelligant in eiſmodi viſitatione tantummodo ab eis conſulti Dei gloriæ, & monialium ſaluti.

Liceat vero iis Superioribus, qui premuntur inopia, ſumptu monialium viuere, cum eas viſitant, aut ad eundem alia de cauſa, quæ ad ipſarum vtilitatem ſpectet.

Regularibus, qui fratres ſunt monialium, permiſſu Superiorum, quemadmodum ſupra dictum eſt, ſemel in ſingulos annos cum ſororibus monialibus tantum colloqui liceat, idq; præſentibus iis quæ collocaſioni præpoſita ſunt, quod ſi illi aliquos ſecum adduxerint, ii cum monialibus omnino ne colloquantur, præpoſita ea pena, quæ ſuperius colloquantibus ſine licentia eſt conſtituta.

Socii conſeſſorum Regularium ſint ætate prouecti, & ſuperiori ſuo probati, neque cum vlla moniali colloqui poſſint, niſi

cum præſecta, & rota, aut foreſteria præpoſita, ſi quid opus ſit conſeſſoribus tum, cum peccata audiunt, euſde pena periculo.

Præterea Superiores ex decreto ſacri Trident. Concil. quotannis idoneum conſeſſorim extraordinarium monialibus ſibi ſubiectis exhibeant. cui curent, ut vniuerſe conſiteantur, ut, quæ huiusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animi morbum, neq; ipſa eam poſtulare, aut recipere ab viſitato conſeſſore vniquæ uiderent, liberius mederi ſuis malis poſſint: ac diaboli laqueos enadere, vna cum reliquis conſeſſori nouo ſua peccata conſitendo.

Sacerdotes, qui in monialium eccleſiis publicis rem diuinæ ſacturi ſunt, bene audiant, & bonis moribus ſint: & ab eo etiā approbati qui monasterio præſidet.

Ex quibus qui à monialibus mercede conducuntur, nō ab illis, ſed à Superiore, aut eius iuſſu à conſeſſore monialiū deligantur.

Qui, niſi eis ſacultas ſcripto conceſſa ſit, cum monialibus ne colloquantur: niſi cum iis, quæ ſacryſta præſent, quibuscum ad rotam Eccleſie, quàm breuiſſime loquantur de hiſtantummodo rebus, quæ ad Miſſæ ſacryſcium ſint neceſſaria.

Ne magnifici & ſumptuoſi apparatus ſiant, cum dies feſtus Eccleſie monialium celebratur: ſed pii ac modeſti, & qui religionem, non inanem aliquam ſpeciem præſerant.

Quo non admittantur muſici, ſigillatim catum, aut quoduis muſicæ inſtrumentum adhibentes.

Præſecta monialium neminem ad monasterii famulatum & procuracionem admittat, cuius, etas & mores earum ſuperiori probati non ſint.

Euſdem etiam Superioris ſit approbatio eorum, qui nunc monialibus inſeruiunt. Quo in numero medici, tonſores, furno aut piſtino præpoſiti, cæteri q; omnes intelligantur, quibus in monialium ſepta introeundum ſit. Qui monasterii res procurant, quotannis ſua adminiſtrationis rationem reddant iis, quos diximus, & ad duos meſes bonis prædiſtis caueant cancellariis episcoporum, ſi ſeſiditè rationē reddiſſuros ſua adminiſtrationis. Quod ſi ſacere neglexerint officio priuati cœſentur.

In parochialibus eccleſiis, quæ monialium monasterii annexæ ſunt, perpetui Vicarii, ex formula Trident. Concil. præſcripta, ab episcopis conſtituantur.

DE PROPRIA REGVLÀ, ET CONSTITVTIONIBUS HIS Aſſidue legendis.

Quia moniales, quæ profeſſæ ſunt, non ſolum Dei, & S. Ecclie præſcripta, ſed etiam ſua regula, & ordinis leges, & inſtituta ſeruare debent, opera pretium erit, illis ſue vocationis & profeſſionis debitum officium in memoriam quàm ſapiſſimè renouare.

Ideo in virtute ſanctæ obedientie præcipimus, ut in ſingulis monasterijs ab aliqua moniali, cæteris profeſſis audientibus, quotidie legatur ſaltem caput vnum conſtitutionum regule, aut ordinis, cui adſcriptæ ſunt.

Cuius lectioſis initium fiat à primo, & ita procedatur ad extremum, ac deinceps ad primum caput redeatur: ut eodem ordine, ac progreſſione ſeruata, nunquam ſacre exercitationis huius uſus intermittatur. Præterea hæc etiam conſtitutiones frequentes legi iubemus, ut ex crebra ſalutarium præceptorum commemoracione moniales in obeundo ſuo munere diligentiores euadant. Quæ in re præſectam monemus, ut cæteras ad ſummam legum obſeruacionem non minus exemplo ſuo inuitet, quàm auctoritate compellat.

Deniq; præcipitur omnibus monialium conſeſſoribus, ut illis vniuerſis ſemel legant, & explicent omnia hæc decreta: quæ in vulgarem ſermonem cōuerſa, ad cōmunem prouincia vtilitatem primo quoq; tēpore curabimus edenda, ea q; ut omnino, quemadmodum debent, ſeruent, vehementer cohortentur.

Quæ moniales arctioribus conſtitutionum regulæq; vinculis adſcriptæ viuunt: non iſ eſt animi noſtri ſenſus, ut ab illis ſuſcepta vitæ inſtituta diſcedant, ſed vna cum iis hæc quoq; decreta ab illis ſeruari iubemus.

Hæc ex ſanctiſſimis, prudentiſſimisq; præfulis inſtituto adducere volui, ut formam habeant Prælati, ad quam monasteria reſormant: cum tamen nō eadem omnibus locis, temporibusq; conueniant, omitti nō

nulla, addidit alia, prout ad diuinā Maiestatis aeternam gloriam, animarumque salutē, & populi pietatem conueniens esse prudente, maturoque zelo iudicauerint.

CAPVT XLVIII.

Epilogus, & cohortatio ad clericum ut perfectus Evangelicorum praeceptorum obseruationi studeat.

*Calamitas
aeterna mo-
nitio.*

*Omnes mo-
nendi sunt.*

*In causa Dei
omnes quo-
dammodo
pares.*

Nunc superuacuum quidem esse exhortationem meam temporum calamitates ostendunt, quae adeo graues sunt, frequentesque, ut si quis ad earum pulsum obduruit, omnem quoque orationem exclusurus videatur; quem enim commoueant verba, immotum ad verbera? si quis vero mala illa quae patimur, merito accidere, & clades peccatorum comites esse intelligit, non opus est verbis, ut effugere conetur, sed virum habent ipsa exitia ad metum sui incutientium. Nec magnitudo & dignitas episcoporum ea est, ut monent eos a priuato indecorum censeatur. Rogandi, monendi, docendi, obiurgandi sunt omnes, qui officio defuncti, ne securi malis suis indormiant, monendi, qui officio funguntur, ut pergant. Nullius altitudo est extra lapsum, nemo extra periculum, ideo cunctis circumspectio est inculcanda. A primā fede quae a nemine iudicatur, usque ad vltimā capellaniā, quae neminem iudicat, non est sanitatis securitas, & in omnibus quotidie se vitorum, quasi febrium tementa exerunt. Quin frequenter summa fastigia dignitatum summa vitia obfederunt, hinc ex celso grauior ruina, totius corporis contritu facte, & potentium potentia tormenta. Quid igitur faciam? maiores rogo ut patres, ut dominos, pares ut fratres. Quamquam omnes dum de animae periculo agitur sumus pares; dum omnes ignoramus, quid de se mali, quid de alijs boni aeterna sapientia, altitudine iudiciorum fuorum decreuerit. Imo qui censentur, minores sunt, qui censent maiore, quia plures habent causas peccandi, tot videl. quot animae eorum negligentia petire possunt. Stent igitur omnes, & officia sua, martyrumque & confessorum vitam intueantur. Pugnant illi, & ne peccarent, contra tormentorum vim, acerbitatēque steterunt; quomodo vero nos eorum filij successoresque dicemur, si nos monitiones, poenaeque a peccato non deterrent, cum eos ad peccandum necepromissa allicere, nec supplicia impellere potuerint? Venient Episcopi, Sacerdotes & Diaconi, alique ad aeternum Dei tribunal, veniemus & nos; illorum cicatrices, & vulnera nostram malitiam potentissime accusabunt. Illis Dominus dicet. Confessio vestra quanto in passionē fortior, tanto clarior, & maior in honore est. Creuit pugna, creuit pugnantium gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem provocati; fortes & stabiles ad maximū certaminis praelium propria deuotione prodistis. Ex quibus quosdam iam comperi coronatos, quosdam vero ad coronam victoriae proximis, vniuersos autem, quos agmine glorioso carcer includit, pari ac simili calore virtutis ad gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in diuinis castris milites Christi; ut incorruptam fidei firmitatem non blanditia decipiant, non minime terreant, non cruciatibus ac tormenta deuincant, quia maior est qui in nobis est, quā qui est in hoc mundo. Nec plus ad deiciendum potest terrena poena, quam ad erigendum tutela diuina. Probata res est certamine fratrum glorioso, qui ad tormenta vincti ceteris duces facti, exemplum virtutis ac fidei prae buerunt, congressi in acie, donec acies succumberet victa. Quibus ergo vos laudibus prae dicem fortissimi fratres? robur pectoris vestri, & perseverantiā fidei quo praecōio vocis exornem? Tolerasti vsque, ad consumationem gloriae, durissimam questionem, nec cessisti suppliciis, sed vobis potius supplicia cesserunt. Finem dolorum quem tormenta non dabant, coronam dederunt. Laniena grauior ad hoc diu perseverauit, non ut stantem fidem deuiceret, sed ut homines

Dei ad Dominū velocius mitteret. Vidit admirans praesentium multitudo caeleste certamen, certamen Dei, spirituale certamen praelium Christi: stetit seruos eius voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem secularibus nudos, sed armis fidei credentes armatos, steterunt torti torquentibus fortiores & pulsantes ac laniantes ungulas, pulsata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit seuiens diabolus, plaga repetita, quamuis rupta compage viscerum, torquerentur in seruis Dei iam non membra sed vulnera. Fluebat sanguis qui incendium persecutionis exstingueret, qui flammam & ignes gehennae glorioso cruore sopiret.

Quae nobis exculatio reliqua fuerit, si victos nos, & cupiditatibus fractos, vitij contaminatos dies illa conspiciat, quae retributione omnium actionum spectabit? Mirabuntur nos tam degeneres nostri maiores, quia sine violentia & hoste prostratos fuisse intelligent. Leges a se latas, leges diuinas, leges Ecclesiae suo sanguine sancitas, nobis graues fuisse obtulerunt. Grauem sacerdotibus esse castitatem, sobrietatemque; pro monstro habebunt, tot millia virginum, quae exquisitissima tormenta pertulerunt, ne pudicitiam violarent.

Caput est salutis in Ecclesia ad veteres canones omnia referre, veteres imitari. Monet suos episcopos haec de re S. Carolus Borromeus oratione ad primam Synodum Mediolanensem. Morum autem disciplinam facile restituerimus, si qua ratione, quibusque factis primum constituta, diuina, conseruata est, eandem nos in restituenda adhibebimus, illorum vestigia persequentes, qui hanc bonorum amplitudinem nobis, Deo auctore, sua virtute pepererunt. Proponamus nobis quae, Patres, illorum vita sanctitatem, & in admiratione sui officij sapientiam. Erant integri, casti, simplices, modesti, humiles, bene morati, in oratione & lectione assidui, si desipientes, in aliena salutis cura & cognitione defici. Consilio & opera benigni, hospitales, in domestico cultu & victu parati, in alios benefici & liberales, erant vigilantes super gregibus suis, vineam Domini summa diligentia, & labore colentes & custodientes. Pascebant assidue oves sibi commissas, triplici salutis cibo, verbo, exemplo & sacramentis, moris quoque, ut imitatores summi Pastoris Christi, qui pro vniuerso grege suo sanguinem, & vitam profudit, ipsi pro suarum ouium incolumitate quemuis excipere labore, subire omnes casus, omnem vim atque iniuriam perferre, denique, ut bonus ille pastor Evangelicus animam suam pro ouibus ponere non dubitabat, nullum inde huius vitae fructum expectantes, ut maximos caelestis retributionis fructus consequerentur. Haec, ut debemus, Patres, ante oculos habebimus, facile intelligemus, quid in restitutione Ecclesiastica disciplina nobis sit hoc tempore agendum. In quo illud etiam animaduertendum erit, ut quemadmodum in conformanda, & constituenda Ecclesiastica ratione Christus Dominus ab ipsis Apostolis quos Christianae vita magistros esse voluerat, initium fecit, sic nos a nobis ipsis pastoribus, quos viuendi exempla & praecepta alijs tradere oportet, in conformanda restituendaque, morum disciplina exordiamur. Haec officia, si quo debemus studio, praestiterimus, parui proci negotij erit, sed are controuersias, id quod nobis Tridentina Synodus sciendum proposuit. Nam sublata cupiditate, quae est omnium radix, & semen dissensionum, facile praesentis temporis discordias componemus: nullumque in posterum disidendi locum cuiquam in provincia nostra relinquemus. Quare ad piam hanc, necessariamque muneri nostri curam ac diligentiam, Patres, toto pectore incumbamus: hoc acceptabili tempore, hac die salutis, quam fecit Dominus, emitemur, ut quantum consilio, opera, actionibusque, Spiritu S. duce, & moderatore possumus, tantum ad constituendam communis provinciae incolumitatem asseramus.

Hoc exigit a sacerdotibus vniuersis orbis, qui non modo animas illis committit, sed honoratos in super opulētoque esse voluit. Hoc Deus Ecclesiae plantator, & animarum redeptor, ne vestra incuria pereat, pro quibus Christus mortuus est. Hoc haeretici, qui clericorum vitij offensa a religione & veritate diuortium fecerunt, atque etiam nūc eandem perfidiam causam praetextant.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

POLI-